Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur: Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Expeditio xpianorum pro liberanda hyerosolima facta tempore urbani secundi Anno 1094:

Temporibus Urbani Concilio apud Claramontem habito / sua eleganti oracione pontifex / principes Gallie ad recuperandam hierosolimam a sarracenis iam diu occupatam animauit / Vox et omnino dictu mirabile / primo ut apparuit ore prolata intonuit Deus vult / deus vult / Ad quam vocem pontifex subiunxit Viri fortes / ea que dominus in os vestrum posuit verba / vobis in bello pro tessera erunt / Et uiri in expedicionem profecturi ac in bello sancte crucis ex rubenti panno signaculo insuti pectus insignibunt / Dum vero pontifex cum patribus de Imperatore deligendo consultant / multa hominum milia in concionis loco cruce signati sunt / paucosque intra menses trecenta mortalium milia in id deuotionis / bellique se itineri accinxerant / Interea cruce signati principes diuersis viis iter ad Constantinopolim sunt ingressi / primusque omnium petrus quidam heremita abstinencie fama celeber ducem se multis exibens per alemaniam hungariamque precessit / Cui Gothefridus Eustachius et balduinus fratres cognomine bolonie comites et bononie Gallice / et quidem potentissimi erant se illis itineris socios addiderunt · Maiores vero preparantes duces et nobiles magni / hinc podiensis episcopus belli dux / et Raimundus sancti Egidy comes / Inde hugo magnus philippi francorum regis frater / et Robertus flandrie / et Stephanus Carnoti Comites / transmissis alpibus per ytaliam iuerunt / primo Romam peruenere alme urbis loca deuote visitantes / et urbani pontificis benedictione habita / Tripartito proferre copie / Una Brundusium : Barulensem portum alia petit Et tercia Ydruntum: Boemundus autem relicta melphi ad duodecim milibus delectorum hominum italice iuuentutis in eandem expedicionem profecturus · Peruenerat iam Constantinopolim petrus heremita et in suburbiis castrametatus / Et nec tot ex gallis alemanosque ductos adeo continere sciuit Quin in constantinopolitanos fecerit hostilia / sacris spoliatis / permotus itaque suorum malis Alexius Imperator petrum compellit negato commeatu ante tempus bosphorum traycere / Qui Nicomediam primo / mox Niceam peruenientes ciuitatem ipsam natura et presidio sarracenorum munitam oppugnare adorti sunt / Turci vero non modo tunc / sed prius quoque a clara monte depressam esset / quod christianum mollirentur intelleserant / Qui Nicea defensoribus obsidionique perferende necessariis communita · Verum ad obsidentibus commeatus defecerunt / dilaberenturque passim milites christiani / Quorum multi a sarracenis insidiis oppressi / reliqui obsidionem coacti Tandem in fugam determinatam accepere / ut Remaldus dux alemanorum abnegata fide xpi ad aliquibus militibus dedicionem fecerit / Et petrus Constantinopoli rediecit / Que res Alexio grata / aperto marte repellere [illegible] Tum boemundus alexium partim minis / partim pollicitacionibus ad pacem inducendam compulit / ut iter tutum per eius imperium facere liceret / et commeatum per locos preberet / Iterque ad Niceam ventum est Difficile erat urbem oppugnare / Cum supplemento militum pro loco

Nicena Urbs·